

IOACHIMVS VADIANVS HELVETIVS
CANDIDO LECTORI.



Abes tandem candidissime lector, quisquis es (omnem enim bonum candidumq; compellare libet) in tres emendatissimos Pomponij libros, utcunque absoluta, & intra paucos menses subcisiuis laboribus à me conscripta scholia, quæ boni consulas uelim. Id enim, bona numina testor, cum hunc laborem suscepisse, unicæ erat in uotis, ut ratione studiose iuuentus habita, doctis per Germaniam uiris testatum facerem, operam nostram seuerius, si quando foret opus, efflagitata nulla in parte studiorum utilitati pro uirili defuturam esse, modo intelligerem non ingratis futuros eos, quorum gratia laboraremus. Quod ad me attinet, nulli glorie locus esto, nam nulla me urget ambitio. Quod si pro genuino illo amore, quo sibi humane fragilitatis solicitude blanditur, curandum est, ne inglorij plane, ignotiç apud posteros simus, uixisse me alio in opere tum testabor, cum et firma magis erit lectio, et ipsa, quæ sapientiae condimentum est, etas auctior fuerit: neque id quidem Hercule alio studio, et ut prodeesse multis pergam, tantum Deus optimus maximus uitam miseri longiorem esse uelit. Scio non defuturos qui modestiam nostram non agnitiuri, uerbosa nos commentaria edidisse contendent. Liberum sit illis, uocare quo uelint nomine. Ego tenuia breuiaque prægustamenta, in tanta cœli, terrarum, gentium, oppidorum, marium, fluminum, montium uarietate, quæ scripsi ægre ab initio scholiorum titulo designabar, quod uiderem minimum esse ex immensitate quadam intermixta quod depropriissimus, etiam si longius suisq; quam ipse author, quem interpretati sumus, scripsimus. Porrò quod noscenda terra studium intermissum hodie à nostris magna parte intelligebam, non potui abstinere, quin pañim ex nobilibus authoribus in medium adduictis locis, hisq; paulò diligentius expositis, quæ non uulgaria, aut omnino protrita uiderentur, studiosam iuuentutem admonerem, quanta in genibus illis studijs neglectis, in caligine ignorantiae uersaretur, quantaque aura, studio, diligentia optimi quique et receptissimi scriptores, eas artes, quæ hodie uel doctioribus quibusdam despectui sunt, tractauerint. Quanquam pro ueritatis custodia sine discriminâ recentissimos, simul et uetustissimos in his scholijs nostris citauerim, aliam rationem fecutus ac illi solent, qui contra ueterum consuetudinem ita desitæ uetus statu inhibant, ut nemini iuniorum sue pagine concedant locum: tamquam aut illis præclusa industria via sit, animis nostris penuria quædam rerum emorientibus, aut hi non uel recentissima ediderint, quando quod multiplici lectione et uaria experientia comparatum esset, ediderunt. Et est alijs nusquam maior recentioribus adhibenda fides, quam in terra noscenda situ, in gentium moribus, in natura locorum perquisitione: mutantur enim pleraque intereuntq; que dum illi scriberent, maxime floruere. Minime uero dubites candide lector, urbes multas à Pomponio redditas, quarum ne ruderant, quidem hodie exten: carum nihilominus ita nos meminimus, ut extare etiamnum et florere uideri possent, quod non absque consilio factum est. Nam dum ipsam animo uetus statu sequimur, dum historicos, poetas, eosque qui insigne naturæ uires scrutati sunt, legimus, eueniire solet, ut nisi promptam uel eorum quæ desierint memoriam habeas, nihil proficias. Quot clarae urbes in Catalogo illo suo græci roboris in Troiam euntis Vatum pater Homerus enumerat, quarum pauca exten: Quot Maro pañim: quot Thucydides: quot Liuius: ut alios præteream. Quas scire præstat, non ubi sint, sed ubi fuerint: porrò et illud prudentiam iuuat scire, quo modo plurime ex illis interierint. Nemo uero miretur me nihil, aut parum in recentia pañim euagatum esse nomina, nec tradidisse quæ hodie urbes terrarum potissime, quæ gentes, qui mores supersint. Regum illud onus est, et uictricum gentium, non nostrum: et tale quidem ut uni aliqui fides dari non facile debeat, nisi multa eruditione et mathematicis in primis doctrinis præstiterit. At sunt hodie fustuaria poena digni, qui lucri gratia quaslibet picturas, modo illæ gratiam ex coloribus monstrisque intersertis pariant, imperite plebecula ostentare audent, nugas suas celatum iri sperantes, quod exterarum gentium immanitate, ne Europa quidem tota nobis hodie pateat. Ad Pomponium redeamus, quem multis in locis emendationem factum cognosces, cum priuata diligentia, tum exemplaris scripti fide, cuius mihi ex Andreæ Stiborij Mathematici libraria supellecile copiam fecit Georgius Collimitius Mathematicus doctissimus, Andreæ quidem in humanis offet, discipulus; nunc illo mortuo, in nullo doctrinarum genere doctissimo preceptor minor. Cui gratias haberi uelim, quod eo beneficio et Meliori uotore, et studiorum commodum maxime iuuit. Confer nostra alijs, et ita esse fateberis.

Georgius
Collimitius.

